




S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Domitilla & Socii MM. Dilectio mutua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

rentibus
gionem
6. In
istro di-
rabiliter
legum
ginitate
corporis
issimus,
num, ju-
riptioni;
egregia
celebra-
iras, co-
iscopales
46; eaf-
ortuum,
ianus VI
co prima
a pompa
iocentius
Ecclesia
s. Eccl.



S. DOMITILLA & SOCII MM.

Dilectio mutua.

Semper nos, Domine, Martyrum tuo-
rum NEREI, ACHILLEI ac DOMITIL-
LA foveat pretiosa confessio; & mu-
tua dilectione conjunctos, tuodignos
reddat obsequio.

*Ora pro concordia inter nos servan-
da, &c.*

Hen. Causé sculp.

FLAVIAE DOMITILLÆ, Titi & Domitiani Imperatorum nepti, persuaserunt Eunuchi sui NEREVS & ACHILLEVS fratres, ut repudiatis sponsi sui Aureliani nuptiis, virginitatem consecraret Christo, velo de manibus S. Clementis Papæ accepto, sub an. 93. Ea propter Trajanus Imp. omnes jussit in Pontiam insulā deportari, ubi Fratres, constanter negantes, se à Petro Apostolo baptizatos posse idolis immolare, securi percussi sunt, corporibus Romanam relatis. DOMITILLA vero, post carceris ærumnas redita Terracinam, missas eo ad se pervertemdam collectaneas, Euphrosynam ac Theodoram, ipsa convertit, & sponsos earum Sulpitium & Servilium, hac de causa Romæ capite plexos: Virgines vero, immiso in cubiculum ubi morabantur igne, suffocavit Luxurius, Aureliani frater. Sed corpora eorum flamma non tetigit, eaque Cæsarius Diaconus sepelivit. Postea Fratres cum DOMITILLA propria ipsorum excepit ecclesia, unde ad S. Adriani translatos, sub Gregorio IX, Clemens VIII priori Titulo reddi permisit, anno 1597.

Simplici ex corde invicem diligite attingius, i Petri i.